

417.

Die Grafen Otto und Dietrich von Brehna bestätigen, daß Bodo von Eilenburg mit ihrer Genehmigung und Rath aus der Pfarrkirche zu Mühlberg eine Klosterkirche gemacht und ihr 50 Mark, das Dorf Meinarditz und zwei Allode zugeeignet hat. 1228.

5 *Hdschr.: Kop. Pap. in Chart. monast. in Mühlberg (Saec. XV) fol. 5^b. Hauptstaatsarchiv Dresden.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gratia et Theodericus frater eius comites de Brehen omnibus hanc paginam inspecturis imperpetuum. Cum mundanas acciones processu temporis constat sepius immutari, necesse est ea, que geruntur in tempore, scripture beneficio sive voce testium confirmari. Ea propter sciant universi tam
10 presentes quam futuri, ad quos presens pagina pervenerit, quod dominus Bodo de Ilburg miles discretus et in eis, que ad divinum spectant officium, maxime circumspectus pro remedio anime sue et antecessorum suorum consensu nostro accedente et consilio de parrochia Mõleberch ecclesiam fecit conventualem et ad predicti conventus subsidium redditus L marcarum et villam Meinardiz insuper duo allodia deputavit. Ne quis vero
15 successorum nostrorum malignorum suggestionem corruptus factum dicti Bodonis commendabile et nobis consencientibus rationabiliter ordinatum valeat immutare, presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes huius rei sunt: Geuehardus de Zurbeke. Otto de Ozstrowe et frater ipsius Olricus. Otto de Yleburg. Vlricus de Pach. Heynricus de Corun. Wichmannus de Onewiz. Fridhelmus de Rogacz. Syfridus de Mulberg.
20 Heynricus de Knossin. Otto de Wesenich. Conradus de Hoberch. Actum anno dominice incarnationis M. cĉ. xxviii.

418.

*Papst Gregor IX. befiehlt dem Erzbischof von Mainz auf Bitten der verwitweten Landgräfin Elisabeth von Thüringen, er möge den von ihrem Gemahl und seiner Mutter gestifteten Hospitale
25 zu Gotha die Erlaubniß zum Bau einer Kapelle ertheilen.* Perugia, 1229 Febr. 21.

Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha. Hosp. Mar. Magdal. No. 2. Phot. II. St. A.

Gedr.: Tentzel, Suppl. hist. Goth. 2,55. — Potthast 8344. Böhmner-Ficker 6757.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . Moguntino archiepiscopo | salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilecte in Christo filie E[lisabeth]
30 relicte clare memorie | langravii Turingie fuit nobis humiliter supplicatum, ut fratribus hospitalis | de Gota, quod ab eodem langravio et matre ipsius fundatum extitit, construendi capellam et habendi cimiterium et capellanum in ipsa licentiam concedere deberemus. Nos autem tibi, qui loci diocesanus existis, volentes in hac parte deferre fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem postulata concedas sine iuris preiudicio
35 alieni. Datum Perusii viii. kal. martii, pontificatus nostri anno secundo.

(B.)